



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ Præcones

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 11. Ab hominum impatientia cælum & terram, & omnia mundi elementa accusari; hac accusatione, mundi Conditionem ipsum perstringi; qui tamen tam bonus est, vt doceat nos, & de peccatis bonum elicere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

dicio, esse miseri, qui sunt verè suà conscientia beati, nulli enim, ut opinor, beatiore sunt, quam qui ex sententià suà atq; voto agunt. Humiles sunt religiosi? hoc volūt: pauperes sunt, pauperie delectantur: sine ambitione? ambitum respuunt: inhonori sunt? honorem respuunt: lugent? lugere gestiunt: infirmi sunt? infirmitate letatur; cū enim, inquit Apostolus, infirmor, tūc potens sum, nec immeritò sic arbitratur, ad quem Deus ipse sic loquitur: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Nequaquam ergo nobis hæc dolenda est afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem esse virtutum. Itaq; quidquid illud fuerit, quicumq; verè religiosi sunt, beati esse, dicendi sunt, quia, inter quantumlibet aspera, nulli beatiore sunt, quam qui hoc sunt, quod volunt. Hæc ille.

## §. XI.

Ab hominum impatientia cælum & terram, & omnia Mundi elementa accusari; & hac accusatione mundi Conditorem ipsum perstringi; qui tamen tam bonus est, ut doceat nos, & de peccatis bonum elicere.

Ex quibus huc vsq; dictis deducitur, à nemine Fortunam conditionemq; suam, aut cælum accusari oportere, quasi malo astronatus

natus

natus sit. Præterquam enim, quòd plurima astris ascribantur falsò, ea tamen ipsa, quæ verè ijs attribuuntur, bona potiùs, quàm mala debèt appellari; quod etiã de ceteris mundi partibus est arbitrandum. Quemadmodù enim sùt qui, prætermisã cæli magnitudine, velocitate, venustate, luce, splendore, vicissitudine, ornatu, benigno influxu, vsu siderũ ad nauigationes, ac multiplici vtilitate, Saturni rigore, aut furore sibi à Marte ingenitum accusant: ita etiã reperiuntur homines, qui iam igne, iam aërem, iam aquas, iã ipsas terras execratur, in quibus aliquid sunt passi: quasi velint, hæc ipsa elemëta è medio tolli; atq; adeò mundũ ipsum destrui, in tãtas à DEO vtilitates conditũ. Destructis enim partibus, necesse esse, destrui mundũ. Eò impatientia mortaliũ progreditur, vt sapientissimũ Vniuersi opificẽ, in vicẽ laudis, carpere, imò & corrigere tentet: non iã sus Mineruam docēs, sed incredibilis amëtia DEVM infinitè sapientẽ. Cuius tam imënfa est bonitas, vt nos doceat, posse etiam ex ipsis peccatis bonũ elici. *Hæc sunt*, ait S. Augustinus, *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, & tam sapienter exquisita, vt, eum Angelica & humana natura peccasset, id est,*

S. Augustin. in  
Enchirid.  
cap. 100.

*Hæc sunt*, ait S. Augustinus, *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, & tam sapienter exquisita, vt, eum Angelica & humana natura peccasset, id est,*

est, non quod ille, sed quod voluit ipsa, fecisset, etiã per eandem creaturæ voluntatem, qua factum est, quod Creator noluit, impletet ipse, quod voluit, **BENE UTENS MALIS** (& quidem simpliciter ac summè malis, nempe peccatis) *tanquam summè bonus, ad eorum damnationem: quæ est actus justitiæ scelera vindicantis.* Hanc justitiam si imitatur Magistratus, & Superiores, vel quicumq; potestate in alios pollent, utitur & ipsi veris malis benè. Nam occasione peccatorum, cælum merentur; sicut & illi, quos aliorum injuriæ & tyrannis ad martyrium exercet. Deniq; nemo est, qui non possit, ex ipsis aliorum vitijs, virtutem discere. Audi perfectionis magistrum. *Illam, ait, studeas magis cauere & vincere, qua tibi frequentius, in alijs, displicent. Ubique profectum tuum capias: ut, si bona exempla videas, vel audias, ad imitandum accendaris. Si quid autem reprehensibile consideraueris, caue, ne idem facias; aut si aliquando fecisti, citius emendare studeas. Si culpæ malū prodesse potest, quantò magis malum naturæ?*

## §. XII.

*Summarium quoddam rerum, in mūdo occurrentium, de quibus homines queruntur.*

Sed descendamus ad peculiariora, quæ sunt naturæ,

Thom.  
de Kemp.  
lib. 1. de  
imit. c. 25.